Universitas Collegii McGill
Universitatis Collegio Londinensi
S. D.

Gratulamur vobis quod centesimam Collegii vestri natalicium auspiciis tam felicibus brevi celebraturi estis. Neque hoc tempore nosmet ipsos oblivisci decet fere aequale Collegio vestro nostrum esse: vos enim vix biennium scholas vestras institueratis cum apud nos quoque inaugurata est Universitas eisdem propositis dedita.

Amor ergo fraternus nos artissimis vinculis vobiscum coniungit, vestraque laude tam bene merita praecipue nos delectamur.

Neque porro immemores sumus non deesse qui, vestra in Universitate variis artibus imbuti, doctrinae fructum in hoc Collegio ostendant: quorum studia cum gratissimo animo recensemus, tum ex quo fonte eadem hauserint minime sumus oblituri.

Delegavimus igitur qui vestris feriis intersit nostrasque vobis gratulationes voluntatemque deferant

Pro Cancell.
Tabularius

Dabamus Monte Regio ~~…~~ Id. Mai.
A.S. MCMXXVII